loci quum perueniſſet, paulò poſt diem ſuum obiiſſe, intellexi.

Atque hæc ſunt, Vir omnibus modis colende, quæ tibi de caſu illo funeſto, deque cornuto prodigioſo, communicare in præſens lubuit. Quæ omnia, vt hilari fronte, & eo, quo à me proficiſcuntur animo, ſuſcipias, & porrò fauore atque amore tuo ſolito, me proſequi pergas, etiam atque etiam rogo, obteſtórque. Baſileæ Rauracor. 12. Decemb. 1609.

Nominis tui Clariſſimi ſtudioſiſſimus.

M. EMANVEL VRSTISIVS.
φιλίατρος.

OBSERVATIO XXVI.

De percuſſione quadam grauiſſima in occipite, ex qua mors, & fœtor horrendus ſequutus.

Ornatißimo atque doctißimo viro DN. EMANVELI VRSTISIO, *artium liberalium Magiſtro.*

Guilhelmus Fabricius Hildanus S. P. D.

QVem miſiſti Catalogum, præſtantiſſime atque doctiſſime DN. VRSTISI, Illuſtri ac Ge-